Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26062
Copyright: Admont, Benediktinerstift

iam autem et Greci utriusque partis maiores qui a quibus interfecti fuerunt sti-
lum. Ut scripsit idem Dares.

Hector enim interfecit Regem protesilaum. Regem patroclum. Regem archilo-
gum. Regem minonem. Regem protenorem. Regem orchimaum. Regem
palemomonem. Regem epistropum. Regem cedium. Regem dorium. Regem
polixenum. Regem pheypum. Regem antipum. Regem leoninum. Regem po-
libetem. Regem humerum. Regem phimum. et Regem antipum

Paris vero interfecit palamidem. Regem antilogum. Achillem in templo Ap-
pollonii et Aiacem. et regem frigie.

Aiax vero ipsum Paridem, cum ambo se in mutuis vulneribus occidissent.

Eneas vero interfecit Regem amphimacum et Regem nereum.

Achilles autem interfecit. Regem euphemum Regem yponeum. Regem phile-
um. Regem austerum. Regem lingonium. Regem euferbium. Hectorem et Troi-
lum. Regem menonem et Regem neoptolonum. Polisenam

Sed et Pirrus interfecit pantasileam reginam. Regem Priamum et eius filiam

Diomedes vero interfecit Regem antipum. Regem exterion. Regem proteno-
rem. et Regem optomenum.

Epitaphia vero hectoris et Achillis sunt ista. Hectoris enim sunt hec et sufficiat pri-
mus. Vel quia valde compendiosus et omnia comprehendens qui talis est.

Troyum protector Danaum mactator hic iacet hector.

Sunt autem et isti alii de eodem.

Defensor patrie iuvenum fortissimus hector. Qui murus miseris civibus alter
erat. Occubuit telo violenti victus achillis. Occubuere simul spesque salus-
que gentium. Hic ferus exanimis circum sua menia traxit. Que vincis manibus
traxerat arte suis. Orphanos priamo lux attulit illa dolores. Quos fleat hec
aule quos dedit andromace. Sed raptum pater infelix auroque repensum.
Condidit et merens accumulavit humo.

Pellides ego sum tetidis novissima proles. Cui artus clarum nomen homeri
dedit. Qui stravi totiens armis victricibus hostes. Huncque fugam solus michi
a dedi. Hectore sub magno summa est michi gloria celo. Qui sepe argolicas debili-
tavit opes. Ille interceptus subiit me iudice penas. Pergama tot ferro
occubuere meo. Laudibus in mediis victor super astra ferebar. Cum pressi
sobolem fraude peremptus humum.

Ego autem Guido de columpnis predictum Ditem Grecum in omnibus suis sequutus
pro eo quod ipse Ditis perfectum et completum fecit in omnibus suum ad litteratorum videlicet
solatium et veram notitiam habent presentis visione et ut magis delectentur

Margin notes:

hii sunt quos interfecit ille strenuus et vir fortissimus scilicet Hector.

hii sunt quos interfecit paris.

Polidamas vero antenoris filius de civitate troyana oriundus interfecit regem meronem regem celibrum.

hii sunt quos interfecit ille maximus pedo Achilles.